

Ann. IX.

ROMAE, Kal. Decembribus M DCCCCVI.

Num. XII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italianam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centinetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKĄ RODZINNĄ",
VARSIAE POLONORUM Rakiewskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES LONDON W.
VARSIAE POLONORUM Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET S. Sed. Ap et S. Rit. Congr. Typ.
RATISBONAE in BAVARIA.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES
MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

- Sociis et lectoribus Commentarii nostri humanissimis anno a *Voce Urbis* condita X ineunte.
De rationibus latinam linguam docendi quid senserit Valchius.
Varia latinitas. - Paroemiae sive adagia: Prora et puppis. - Sincetismus. - Res ad triarios rediit.
De novissima alchimiae arte.
Hyacinthus De Vecchi Pieralice.
De Christi Nativitate Quinti Horatii Flacci carmen polymetrum. Inventionis historia. - Horatianum carmen.
Benedicti Gagneraux tabula venatores Leonem nactos effingens.
Acta Pontificia. - Decretum SSmi per S. Congregationem Episcoporum et Regularium vulgatum, quo quaestionum elencho ratio praescribitur conficiendi tertio quoque anno relationem Institutorum vota simplicia profitingent.
Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.
Diarium Vaticanum. - Coram SSmo admissions. - Pontificiae electiones. - Vita funeti viri clariores.
Annales: Georgii, Graecorum regis, iter in Italianam. - Mauritanorum civile bellum. - Polonorum querelae. - Iaponiorum iura in Americis vindicanda. - Gallica prævaricatio. - Russicae res.
Publici per Orbem coetus legibus ferendis.
Per Orbem.
Librorum recensio.
Aenigmata.
Libri recente dono accepti.

In tertia operculi pagina:

ZENO - Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli. (Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.).

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M DCCCC VI

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, via Alessandrina, 87) mittantur, res praecise indicando quas quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. I.

IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO.

In Italia:
Lib. 6,25, D.

Duo iam lusta sueta huius simus emensuri, petere et gaudiri putamus. procul dubio ne quod permultis probabilibus et dens videbatur. inter humani intelligentia doctrinam, multiplicatam conditatem auri, to quibus iam vide investigatae naturae artes servire ac terarium idque adeo praedicabam, iam ab athenaeis dis cogitarent, insensibili facinus ap. Equeid tamen adhuc, inter negotiorum rerum quot adhuc humerum memoria aestuarent nominis quicquidem eiusque stanti adhuc studiis enim nostrum, escentes potius quibus studiosi ubique te latim tamen iusti runt, mox plausus deinde et laude cinio, et opera altera effecerunt ita, ut felici Marte com surus alacriter.

Equeidem non ab initio usque guem fidelissime

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra italicam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR.
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

Sociis et lectoribus Commentarii nostri humanissimis
anno a Voce Urbis condita X ineunte

Duo iam lustra ab instituta primum insueta huius diarii evulgandi opera quum simus emensuri, peractum iter memoria repetere et gaudium plane et legitimam gloriam putamus. Consilium enim suscepimus procul dubio novum, insuetum omnino, et quod permultis viris prudentiae laude satis probabilibus et temerarium simul et imprudens videbatur. Proiectam quidem tantam inter humani ingenii de omni disciplina naturali doctrinam, tantam inter commerciorum multiplicatam communionem, tot inter cupiditates auri, tot inter negotia argentaria, quibus iam videmus non modo disciplinas investigatae naturae, verum etiam liberales artes servire ac litteras, opus suscipere literarium idque ea lingua, quam non pauci adeo praedicabant exstinctam ut pellendam iam ab athenaeis ipsis adolescentumque ludis cogitarent, insanum prope atque impossibile facinus apparebat.

Ecquid tamen? Apparuit brevi quam late adhuc, inter negotiorum immane pondus, pulchrarum rerum sitis grassaretur; apparuit quot adhuc humana ingenia lectissima veterum memoria rerum delectarentur, quot aestuarent nomine latino, quot sacram antiquitatem eiusque togatum sermonem constanti adhuc studio prosequerentur. Asum enim nostrum, etsi primo occursu obstupescentes potius quam laudantes viri litterarum studiosi ubique terrarum exaudivissent, paulatim tamen iusta et aequa ratione aestimarent, mox plausibus excepero frequentibus, deinde et laude foverunt et auxilio, et patrocinio, et opera aluere, iuvarunt, confirmarunt; effecerunt ita, ut iam alterum vitae lustrum felici Marte commentarius noster sit dimensus alacriter.

Evidem non iniuria confidimus nos quae ab initio usque rei spoponderamus ad unguem fidelissimeque servasse. Fuerat enim

in promissis commentarium edere latina lingua redactum, qui de omni humana arte ad doctrina et cultu latine diceret, tardisque nepotibus ostenderet, qua esset lingua in communicandis inter gentes doctrinae commerciis utendum iure summo. Ut enim humanitas haec, qua omnes gentes quavis e stirpe obortae ubique terrarum fruuntur, ex latina humanitate diffluxit Romanis armis diffusa latissime; ut pariter concordia gentium et pax omnisque provectae societatis humanae triumphus parta sunt ubique per Christi Ecclesiam et doctrinam, quae docuit homines diligere alterutrum, ita nullus sermo id iuris habet quod sermo latinus, quem et Roma, alma gentium mater, loquebatur, et Ecclesia Christi, Romani haeres imperii animarumque cultrix et redemptrix, accepit, servavit, et ad nos usque loquuta est et loquitur. Quum itaque assereremus latino sermone, universorum veluti lingua, uti oportere, nulli genti iniuriam fecimus, sed omnium iura defendimus. Quamobrem non est mirum quod concordes in nostrum ausum non Latinarum tantum gentium concurrerint vires, sed et Germanorum quoque et Slavorum, atque eorum qui per Americam aut Oceaniam usque orti sunt populi, tandemque ex iis, qui, nostra humanitate ipsa renovati, in commune commercium instructi hodie descendunt alacres, Sinenses Iaponiique, quorum profecto nova humanitas nihil est nisi nostra, Romano et Christiano semine nata.

Sponsionem a nobis datam quibus impleverimus scriptis decennii cursus dicit. Nihil enim fuit de quo noster commentarius sileret. A litteris enim et a bonis artibus ad novissima humanae sapientiae inventa, a bellicis eventibus ad familiaria colloquia, a carminibus tragicis aut lyricis ad milesias fabulas, a mercatoris nunciis ad ea quae astro-

nomiam, vel philosophiam, vel ecclesiasticam scientiam respicent, omnia disseruimus, ad laborantibus viris omni disciplina clarissimis, quorum ope apparuit quo modo latina vetus lingua ad tot ac singula disceptanda uti adhuc perspicue quidem atque eleganter licet. Linguam utique dicimus, non verba; lingua enim non tam verbis constat, sed et dicendi modis, et circulo verborum et sonitu, et ligamentis atque verbusculis omnibus, quae, ut motus ac gestus hominis vultui accommodati, sermonis natu rae apti sunt et eius quasi faciem constituant ab omnibus aliis distinetam.

Decennis denique conatus memoria atque expleti itineris monumentum ac testis apud vos, lectores clarissimi, erit optime, quod huius in memoriam diei, nostrum qui moderatur opus vulgare statuit *Kalendarium*, quod selecta ornabitur scriptorum corona, omne genus rerum continens, quae sunt hactenus in diario nostro evulgata. Specimen itaque habebitis simul laboris nostri, quod ipso exemplo melius quam diserto sermone loquetur; specimen offerendum amicis ut in memoriam revocent cuiusmodi fuerit hoc, quod a decennio, in latinitatis gloriam, et in communem doctrinæ utilitatem opus navavimus: aliis autem concrederendum, ut iis quae pars animae nostrae fuerunt, ipsi quoque flagrent et ad assequendum nobiscum conspirent.

Quae autem subnotationis sint pacta iam diu, socii humanissimi, noveritis, eaque plane, ut longa ostendit iam experientia, vobis utilissima, quae iterare heic non inutiliter libet.

Premium annuae subnotationis est in Italia lib. 4,80; ubique extra Italiam lib. 6,25 (doll. 1,25; sch. 5; march. 5; rubl. 3; cor. 6,25) recto tramite mittendum ad Aristidem Leonori equitem, Commentarii *Vox Urbis* possessorem et administratorem, Romam, via Alessandrina, 87.

Ex subnotatoribus quisque Kalendario, de quo supra, gratuito fruetur.

Qui socios novos comparaverit duos
premiumque eorum subnotationis miserit, subnotationem sibi gratis omnino habebit.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Iulium mensem — bibliopolis exceptis — dimidiatum premium itineris habebit a quovis Europae loco ubi vivat Romanum usque, atque inde in domum suam, secundae, pronti vocant, ferrivehearum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit ut supra, eodem itinere gratis omnino gaudebit.



Iamvero, quod nos hactenus prosequutum est ex universo terrarum orbe doctorum virorum studium, nec in posterum defuturum plane confidimus, tuta conscientia rati, quod sponsum fuerat opus viriliter et constanter nos esse dimensos; non enim dubitamus quin ea quae in dies provehit humanitas, latinitati etiam, cuius est filia, eiusque togato sermoni nova semper laudis et honoris trophaea in dies comparet.

DE RATIONIBUS LATINAM LINGUAM DOCENDI

QUID SENSERIT VALCHIUS. (1)

III.

ALIA subsidia iter perficiunt: horum sunt, nostra sententia, tria: lectio, observatio, imitatio. Lectio maxime necessaria est, in primis quod ad linguam illam attinet, cuius gens atque adeo ipsa viva consuetudo expravit, nec quidquam, praeter veterum conscripta monumenta, superest, ex quo cognitio illius debeat hauriri ac derivari. Immo vernacula lingua lectione eorum scriptorum, qui excellunt ista, perpolitur, perficitur, ornatur: percipimus illam usu. Sed qualis est? Est vulgaris et communis dicendi forma, quae omnino ab ea qua scribunt politiores diserepat: alia quippe lingua est vulgaris et plebeia, alia docta. Sunt exempli causa duo homines gente Germani, qui aequali facultate teutonica loquuntur: alter legit studiose scripta teutonica eleganterque conscripta; alter vero in consuetudine et usu acquiescens lectio nem curiae sibi neutiquam habuit: age, uterque componat epistolas, orationes, ut appareat num stili elegantia et castitate sint aequales. Magnum sane disserim intelligens harum rerum deprehendet, et quam salubris sit lectio, quamve magnam afferat utilitatem hanc obscure observabit. — Tria momenta, quae ad hoc legendi studium pertinent, debent subnotari: primum

est quinam auctores sint legendi; secundum quo ordine sint legendi, tertium quo modo sint legendi.... (1). Observatio est studium quo in auctoribus eiusmodi res observamus quae utiles sunt, id est quae ad castitatem, perspicuitatem, suavitatem elegantiamque stili pertineant, sive id fiat ope solius memoriae, sive scripturae, quo pertinent studium et ratio excerptendi....

Imitatio denique ea, quae observata fuerunt transfert ad usum et facit, ut illius auctoris, quem legimus, vim et modum disserendi effingamus.

Addimus verba clarissimi Gothifredi Vockeroott de recta et antiqua eloquentia (pag. 51): « Ex quo itaque latinus sermo patrius esse desiit et usu loquendique consuetudine vulgari non amplius percipitur, sed in scholis ad certam normam discendus, et ex idoneis monumentis legendo et imitando est hauriendus, qui tam stultus est, ut, in tanta linguae confusione et perturbatione non sequi velit normam loquendi optimam et certissimam, quae vetusta illa latinitatis lege constituitur, metirique universam linguae antiquae excolendae rationem antiquitatis praescriptione et dirigere regula usus reeti, quae in vetustis monumentis dominatur? Et si omnino loquendi magistri deligendi sunt, cur malis non praeferenetur boni? Si scholae nostrae sermonis disciplina carere non debent, cur barbarae, confusae et difficultibus impeditae non anteponentur recta, simplex et expedita »?

A cl. socio nostro M. Galdi in hanc latinae linguae docendae quaestionem novas animadversiones accipimus, quas in proximo numero edemus.

VARIA LATINITAS

PAROEMIAE SIVE ADAGIA

Prora et puppis.

Marcus Tullius, lib. Epistolarum familiarium ultimo, scribens ad Tironem suum, paroemiam hanc refert his verbis: « Mihi prora et puppis, ut Graecorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes meas explicares ». Prora itaque et puppi summam consilii nostri significamus, propterea quod a prora et puppi, tamquam a capite et calee, pendeat tota navis. Apud Graecos invenimus hoc pacto pronunciatum: τὰ ἐν πρώξει καὶ τὰ ἐν πρόμηντις σπάλλονται, scilicet: « A prora pariter atque a puppi pereunt », sive: « Prora pariter ac puppis perit », hoc est ad internectionem. Philostratus in Heroicus habet quae latine reddit a sonant: « Sed oportet Ulyxis in morem navi alligatum esse, alioqui et prora, quod diei solet, et puppis perit ». Aristoteles, lib. Rheticorum III, refert ex Aleidamante quodam, qui philosophiam legum vallum ac fossam appellavit, omne legum praesidium in philosophia situm innens. At philosophus eam metaphoram tamquam duram ac

(1) Tria haec Valchius in disceptationem fuisse afferunt op. sui c. VI.

frigidam damnat, quasi vero non durior sit illa superior: πρόρως καὶ πρόμηντος. Verum in oratione seria fortasse vitiosae fuerint; in adagiis non item offendit durities, ut quae saepenumero vel aenigmatum simillima sint, eaque ferme laudissima videantur, quae paulo longius detorta fuerint. Proinde quoties summam totius negotii et omne momentum praesidiumque significabimus, proram et puppim, aut vallum et fossem, dicemus. Quibusdam omnium rationum prora et puppis est pecunia!...

Syncretismus.

Cretico proverbio dicebatur quoties fieret ut qui modo videbantur hostes acerrimi, repente in summam concordiam redigerentur; quod frequenter evenire solet maxime si quando malum aliquod inciderit utrisque commune. Plutarchus in comm. Περὶ φιλοσοφίας recenset simulque explicat paroemiam, his verbis, quas latine damus: « Praecipue oportet et illud meminisse, fratribus inter se dissidentibus, observare que potissimum ē tempore consuetudinem habeas et convictum cum illorum amicis ». Rursum: « Inimico fugias neque admittas ad familiaritatem, illud videlicet Cretensium exemplum sequutus, qui frequenter cum factionibus et bellis intestinis inter se pugnarent, invadentibus aliunde hostibus, omissa contentione, coniuncti sunt: atque is erat, quem illi syncretismum appellabant ». Simile quiddam refert de Sudracis et Mullis Q. Curtius (lib. IX), quos, alias bellare inter se solitos, perieuli societas iuxerat, imminentis Alexandro. Pertinet huc etiam Aristotelis illud: συνάγεται τούς, ζυθοφόρους τὰ κακά, i. e.: Conciliant homines mala. — Adagium recte accomodabitur in illos, qui amicitiam ineunt, non quod sese ex animo diligent, sed quod alter alterius opis egeat; aut quo veluti coniunctis copiis communem inimicum pessumdent.

Res ad triarios redit.

Romanum exstat adagium, elegans cum primis, et adnotandum: Res ad triarios redit. Eo licebit utrum significabimus rem eo perieuli redactam esse, ut extremo conatu summisque viribus sit emitendum et ad suprema configendum consilia, quibus si nihil proficiatur, iam nihil reliquum esse videatur, unde subsidium sperare possis. Veluti si in disceptatione quapiam litteraria, medioeribus ambigentibus, ad unum aliquem summae doctrinae virum rem deferre cogemur; aut in ancipiiti negotio potentissimorum amicorum opem implorare compelleremur, quos non nisi maxima quadam ducti necessitate soleamus interpellare. Denique, si, quum vulgaribus illis consiliis res explicari nequit, ad novum aliquod et egregie callidum configuratur; quemadmodum Terentianus ille Phormio in sui nominis fabula, quum significaret neque in Antiphone, neque in Phaedra, neque in Geta satis esse praesidii ad retundendam senis saevitiam: Ad te — inquit — Phormio summa redit.

Natum est adagium a ratione modoque componendi Romani exercitus. Refertur autem pariter et explicatur a T. Livio (lib. VIII): Postremo in plures ordines acies distribuebatur.

Ordo enim sextos milites, duos habebat. Primus quindecim, dist. Manipulus levescutatorum hab. tantum, gaesa prima frons in a. tium ad militiam totidem manipulonem. Hos sexgnibus maximorum agmen sub signis iam bantur, ex quibus habebat: earum vocabant. Tribus centum octoginta. Primum vexillum militem spectat. minoris roboris censos, minimam stremam aciem exercitus instruit. pugnam inibant non possent, per intervalla ordinum principum pugna. Triarii sub vexillo porrecto, seuta in cuspede in terra vallo saepa in principes quoque ingnatum, a primis rebantur: inde laboratur, proventes, ubi in incipes et hastato pressis ordinibus continente agmine in hostem incidenti hosti, quum vel pente aciem excebant. — Haec satis liquet pro aliis verbis iam (De re militari, acies solere col. genere instructos ut, si primam integrato praelicio in libello de vo — inquit — ordo seutatis et omni latores tenebat, labant. Hi ut redherent hostes, poserunt, et si quid de eorum viribus bat ». Flavius Victoris indicat robustissimis fui. rium quoque virum xxxxxxxxx

Ne dicas: Melius Virtutes enim faci

Non est ad ast

o non durior sit illa
n. Verum in oratione
int; in adagiis non
ae saepenumero vel
e, eaque ferme lau-
aulo longius detorta
mam totius negotii
idiumque significa-
aut vallum et fos-
omnium rationum
a!...

us.

tur quoties fieret ut
es acerrimi, repente
igerentur; quod fre-
ime si quando ma-
que commune. Plu-
πιλαθελφίας recenset
iam, his verbis, quas
e oportebit et illud
se dissidentibus, ob-
tempore consuetudi-
cum illorum amicis ».
neque admittas ad fa-
et Cretenium exem-
enter cum factionibus
se pugnarent, inva-
omissa contentione,
rat, quem illi syncre-
mille quiddam refert
urtius (lib. IX), quos,
tos, periculi societas
andro. Pertinet hue
νέγρει τούς ἀνθρώπους
omines mala. — Ada-
in illos, qui amici-
e ex animo diligent,
pis egeat; aut quo
communem inimicum
rediit.

m, elegans cum pri-
ad triarios redit. Eo
mus rem eo periculi
conatu summisque
ad supra confu-
si nihil proficiatur,
deatur, unde subsi-
i in disceptatione
ibus ambigentibus,
e doctrinae virum
in ancipiti negotio
opem implorare
i maxima quadam
interpellare. Deni-
illis consiliis res
aliquid et egregie
dmodum Terentia-
inis fabula, quum
one, neque in Phae-
sse praesidi ad re-
Ad te — inquit —

one modoque com-
efertur autem pa-
o (lib. VIII): Po-
es distribuebatur.

Ordo enim sexagenos, sive, ut alii legunt, sexcen-
nos milites, duos centuriones, vexillarium unum
habebat. Prima acies hastati erant, manipuli
quindecim, distantes inter se modicium spatum.
Manipulus leves vicenos milites, aliam turbam
scutatorum habebat. Leves autem, qui bastam
tantum, gaesaque gererent, vocabantur. Haec
prima frons in acie, florem iuvenum pubescen-
tium ad militiam habebat. Robustior inde aetas
totidem manipulorum, quibus principibus est
nomen. Hos sequebantur scutati omnes, insi-
gnibus maxime armis. Hoc triginta manipu-
lorum agmen antepilanos appellabant, quia
sub signis iam alii quindecim ordines loca-
bantur, ex quibus ordo unusquisque tres partes
habebat: earum unamquamque primum pilum
vocabant. Tribus ex vexillis constabat. Vexillum
centum octoginta tres, ut alii, sex homines erant.
Primum vexillum triarios duciebat, veteranum
militem spectatae virtutis. Secundum rorarios
minoris roboris aetate factisque. Tertium ac-
censos, minimae fiduciae manum; eo et in po-
strem aciem reiiciebantur. Ubi his ordinibus
exercitus instructus esset, hastati omnium primi
pugnam inibant. Si hastati profligare hostem
non possent, pede presso eos retrocedentes, in
intervallo ordinum principes recipiebant. Tum
principum pugna erat: hastati sequebantur.
Triarii sub vexillis considerabant, sinistro crure
porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta
cuspide in terram fixas, ut hand secus quam
vallo saepa inhorret acies, tenentes. Si apud
principes quoque hand satis prospere esset pu-
gnatum, a prima acie ad triarios sensim refe-
reabantur: inde rem ad triarios redisse, quum
laboratur, proverbio increbuit. Triarii consur-
gentes, ubi in intervallo ordinum suorum prin-
cipes et hastatos receperissent, extemplo com-
pressis ordinibus velut claudabant vias, unoque
continente agmine, iam nulla spe post relieta,
in hostem incidebant. Id erat formidolosissimum
hosti, quum veluti victos inseguiri novam re-
pente aciem exsurgentem auctam numero cer-
nebant. — Hactenus Livius; cuius ex verbis
satis liquet proverbium, ut ad interpretationem
aliis verbis iam non sit opus. Item Vegetius
(*De re militari*, lib. II) declarat post omnes
acies solere collocari triarios, omni armorum
genere instructos, qui genu posito subsidebant,
ut, si primam aciem vinci contigisset, ab iis
integrato praelio victoria repararetur. Modestus
in libello de vocabulis rei militaris: « Sextus
— inquit — ordo post omnes a firmissimis et
scutatis et omni genere armorum munitis, bel-
latores tenebat, quos antiqui triarios appelle-
bant. Hi ut requieti et integri acieris invaderent
hostes, post ultimas acies sedere consueverunt, et si quid in primis ordinibus accidisset,
de eorum viribus reparaturis spes tota pende-
bat ». Flavius Vopiscus in vita Firmi Impera-
toris indicat robustissimum quemque militem
in triarios adlegi solitum, docens eum nervis
robustissimis fuisse hoc argumento quod tria-
rium quoque vinceret.

xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx
Ne dicas: Meliora tempora fuere, quam nunc sunt.
Virtutes enim faciunt dies bonos; vitia malos.
S. HIERON, sup. Eccl. lib. II.
Non est ad astra mollis e terris via.
SENEC. Herc. fur.

De novissima alchimiae arte.

ALCHIMIAE ars mortua mirum sane! nondum
est: xx saeculo enim multi eius cultores
numerantur inter Gallos, Germanos, maxime
vero inter Scotos.

Eorum factio duplex appareat: hi enim anti-
quorum ritus et investigationes sectantur,
illi novissimis chimice legibus fruantur. Gal-
lorum huiusmodi investigatorum diarium quo-
que est eui titulus *Rosa Alchemica*, sodalitasque,
eui nomen Gallicum alchemistarum sodalitium,
quae utriusque factionis studia atque exper-
imenta narrat atque vulgat passim.

Alterius inter factionis asseclas Augustus quo-
que Strindeberg, Suecorum poeta, illustris
adnumeratur. Qui profecto ferri ex sulphato
atque potassii ex chromato, quorum sane cor-
porum idem atque auri pondus est, auri, par-
vum licet, globulum eduxit. In Gallis enim
non semel patentes litterae a magistratibus
datae sunt, qui sodii cum silicatu varia cor-
pora coniungentes aurum fabrefecerunt.

Veteris factionis asseclae ii plerumque sunt,
qui suis investigationibus dediti omnino vivant,
neque famam aut rumorem quaerent; quem-
admodum ille sane fuit, qui Hagae Helve-
ticum convenit Orangis principis medicum,
triaque ei fragmenta pondere gravissima obtulit,
asserens sese ex illis ingens maxime auri
pondus educturum. Abiit deinceps, nec nomen
revelavit suum. Helvetius autem, dum frag-
menta illa attente considerat, aliquantium ungula scalpens, frustulaque, igne calefa-
ciens, plumbeo ponderi commiscerit, maximoque
animi sui stupore immutari in aurum omnia
vidit.

Recentis contra factionis asseclae alia omnino
proficitur. Afferunt primum nullum ex cor-
poribus esse simplex, omnia corpora una eadem
que materie constare, cuius particulae, sive
« atomi » ut vocant, varia lege coeant. Has
leges itaque varios aspectus parare dicunt
quos corpora induant, dum ex uno in alterum
immutantur. Et plane id in arboribus fieri vi-
demus passim. In terra enim, si arbor floruerit,
quam aere apte diligenterque purificato entri-
veris, eius brevi in foliis ferrei salis magnam
copiam invenies. Hoe enim ferrum non aliunde
nisi tum aëris tum aquae cum terrae materia
corpusculis commixtis obortum est. Neque secus
frumentum sterilis in arena si conserueris grana
habebis, quae copiam phosphori continebunt,
quamvis nec in aere nec in terra quidquam
phosphoricum appareat.

Quare metallorum ceterorumque corporum
virtutes ex corpusculorum varia haec composi-
tione et coniunctione oboriantur atque ex varia
ipsa crystallina forma, qua particulae eorum
componuntur. Uno verbo, omnia corpora alche-
mistas esse retinent veluti unius semper eius-
demque elementi varias mutationes et modos,
eaque ad tempus tantum et varie duratura;
materies enim in terra quasi giganteo in vase
concoquuntur, eiusque substantia immutatur et
varia metalla edit.

Asserebant contra veteres alchemiae disci-
plinae magistri, metallum omne sulphure, mer-
curio et sale constare. His vero nominibus quae

significatio ab eis tribueretur diu ac frustra
quaesitum est; non enim eadem sulphur ac sal
mercuriumve, quae nos dicimus, esse oportuit,
sed pro sulphure potius carbonum, unde me-
talla densa pro mercurio hydrogenum unde
volatilia flunt, pro sale oxygenum unde utrum-
que solvitur esse accipienda videntur.

Igitur, eorum sententia, carbonio, hydrogeno,
oxygenoque et azoto elementa materie praes-
tant, ex quibus corpora conflantur. De nomi-
nibus disceptatio vana est: consideranda imo
eorum compositio, crystallina figura, formaeque
quas coniunctim gignunt. Metallum enim quo
maius oxygeni carburique copiam continet, eo
proprius flavum auri colorem assumit; si contra
hydrogeni gravius est pondus, antimonii ad
instar albescit.

Itaque — ita illi — a vili quodam metallo
hydrogenum si, quam liceat maxime, dempseris
oxygenum vero addideris, densum magis ma-
gisque illud fieri oportet, et in aurum immutari.

Haec autem substitutio ut fiat, activo aliquo
metallo opus est, sive activa externa causa,
quae in candens metalli pondus immissa, veluti
fermentum in panem, illud omnino immutet,
eiusque atomos alio omnino modo componat:
activum hoc metallum mirus ille « philoso-
phalis » qui dicitur lapis est.

Hunc ut obtineri tandem possint, sulphur,
mercurium, ac sal metallorum in vase commis-
centur, cui « philosophicum ovum » est nomen,
multos per dies in coquina calefactum, quam
« athanor » nuncupant. Hoc enim in vase pu-
trescent — ut illi putant — sulphur mercurium-
que, atque verum metallorum fermentum fa-
ciunt, quod si cum oro vel cum argento deinde
commixtum fuerit, philosophalis lapis sive
auri sive argenti statim educetur.

Omnis itaque difficultas in eo est, ut sulphur,
mercurium ac sal purifcentur ita, ut una deinde
concocta lapidem tunc philosophalem producant.
Quem plane ausum... ut cuique ex lectoribus
perficeret detur ex animo ominamur.

HYACINTHUS DE VECCHI PIERALICE

HYACINTHUS de Vecchi Pieralice, collega ille
noster, cuius mortem in superiore numero
eum dolore nuntiavimus, Eboli (italice nunc
Castelmadama) in Tiburtinis a Michaeli Pie-
ralice atque Euphrasia Ferrari De Vecchi
anno MDCCXLII ortum habuit. Materni generis
laudem, morum iam honestate reisque familiaris
copia conspicui, auxit quamplurimum cumula-
vitque ineunte saec. XIX Theodosius De Vecchi
tum doctrinae ubertate tum litterarum peritia;
cuius in latinitatem omnem adeo flagrabat amor,
ut Hyacinthum nepotem voluerit non tam sua
rei familiaris ac nominis — quod paterno ad-
didit — quam potius doctrinae et studiorum
haeredem.

Quam ob rem paene infantem eum sibi eru-
diendum suscepit latinumque eloquium docuit
statim, haud secus quam si Roma imperante
viveretur. Puer itaque ipsis ab unguiculis

Musae dilecto illud contigit plane rarissimum,
Quiritium lingua imbui.

Adolescentem itaque hisce institutum artibus,
quum in Sublaquensi ephebaco studiorum euri-
cium esset dimensus, primas inter aequales
promeruisse nemo mirabitur.

Inde vero maiora semper studia suscepit,
quousque ad biennium in Romano athenaeo
iuris disciplinae vacavit. Tunc coepit in littera-
ria praesertim republica carminum arte clau-
rescere, quae eius ab ore vivo quasi ex fonte
sive italicice, sive latine uberrime manabant.

Brevi itaque tum inter Areades, tum inter
Tiberinos academicos cooptatus, ad scribendi
artem totum se contulit, enius exercitio maio-
rem in dies famam adeptus est. Sunt illius
temporis italicica lingua et milesiae fabulae ali-
quot, et historicæ ac litterarum innumeræ
disceptationes, et philosophiae integer tractatus,
et poemata plura, quorum altera latine simul
reddidit, uti *De Francisco Assisiensi* ac *De
mundo Angelorum*, enius venustate ac suavitate
Vergilii laurum visus est aemulari; altera lati-
ne equidem compositus, inter quae *Cete* dida-
sealicum ac *De filio Felicionis* iocosum.

Hisce meritis et operibus per alias quoque
Italiae urbes illustre nomen eius evasit. Itaque
Catanensis academiae, cui ab Aligherio nomen,
praeses honoris renunciatus est, et Bononiae
athenaei quod ab Alessandro Manzoni nuncupatur
inter doctores cooptatus.

Landibus hisce publicis accessit morum in-
tegritas ac fides, urbanitas sermonis, quam,
tenacissima ut erat memoria, incredibili eruditio-
nis copia ditabat magno cum audientium
oblectamento. Qui scribimus oblitisci hand
possimus coenae illius quam, dum cogitur Roma
latinarum gentium coetus, cum Gallo
latini generis ac sermonis studiosissimo, Iacobo
Tassetio, habuimus. Quas inter epulas quam
pulehre, bene, lepide, copiose, eruditique Hy-
acinthus latino sermone cum adstantium omni-
um admiratione disseruerit non facile di-
xerimus!

Haec autem comitas viro, ingenuo sane ac
fidi, parum profuit: aliorum enim perfidia
ita est saepe in negotiis circumventus atque
fallaciis deceptus, ut permagnam rei familiaris
partem paullatim amiserit.

Attamen, licet in paupertatem fere adductus,
vir pius atque beneficus, quum vidit nepotes
suos patre orbatos, ad se vocare non dubitavit
ut aleret bonisque litteris erudiret, qui prae-
sertim, una cum uxore carissima, eius obitum
moerentissimi deflent.

Suprema vitae actate, ob tantam latinae lin-
guæ landem ad docendos in gymnasiis pueros
latinam linguam vocatus, in sibi traditum munus
indefessa ineubuit opera. Verumtamen morbo
brevi laborare tunc primum coepit, quo tandem
est novissime confectus. At quamvis in lectulo
degenis dilecti sermonis exercitium non relin-
quebat, ac *Tusculanis* illis *colloquiis* assiduam
dabat operam, enius volumen primum sub
exitu superioris anni vulgaverat; cetera mors
abruptus.

Memoriae eius recolendae gratia ac simul
ad ostendendam iterum latini sermonis in eo
peritiam, quam saepe lectores sunt in *Voce
Urbis* demirati, carmen exhibemus ab eo Hor-
atianis tantum versibus an. MDCCCLXXXVII con-
flatum « De Nativitate Christi », quod inter eius
chartas his diebus inventum est.

DE CHRISTI NATIVITATE

QUINTI HORATII FLACCI
CARMEN POLYMETRUM

INVENTIONIS HISTORIA.

*Pastor, in abruptum solitus propellere capras
Dimidiante die, veteris sub tegmine quercus
Multæ mihi puer, sed et haec narrare solebat.
Haec proprio ex ataro puer ipse accepit olim;
Haec eadem robis, tenui nam verba, rependo.
His, ait, in specubus (digito speciosa notabat,
Qua matutini Lucretialis aspicit ortum
Sideris), exstabat longo vir consitus aero.
Hic face perscrutans aditus atque ima cavernæ
(Absconsumne aurum peteret, vel sacra soveret
Incertum, atque etiam nunc anceps fama vagatur)
Invenit prisco conscriptum carmine saxum.*



Hyacinthus De Vecchi Pieralice.

*Res antiqua satis; sed quae credam ipse tenete,
Arcades; haec forsitan vera; aut sunt proxima veris.*

*Rus dudum illud erat, deductum valle Sabina
Rus, prope quod gelido Digentia praeter amne
Murmure lene sonans, dum ruri Blandusiae fons
Splendidior vitro, gratissimus hactenus undis,
Dona crepantis aquae circum crystallina praebet.
Hinc pagus Mandela retus; super aspera, contra.
Nunc est oppidulum, tunc Fanum putre Vacunæ.
Iampridem haec habuit numerosus Horatius. Illi
Maecenas, vatum columen, concessit habenda.
Ergo quae saxis inscripsit carmina Vates
Cuinam, ni Flaco tantum, censenda feremus?
Et Flaccum redolent, et monstrant carmina Flaccum
Antiquum ruris Dominum; at, mirabile prorsus!,
Et Christi Natale sonant, et grandia narrant.
Num Vates, ventura ridens, ea sculpsit?... Honestum
Linguere quae nunquam, quamvis tractata, nitescit.
Accipite ergo animis, Flaccoque adstare secundi.*

HORATIANUM CARMEN.

*Nox erat et caelo fulgebat Luna sereno
Inter minora sidera.
Audax omnia perpeti
Se caelo gentium gentibus intulit,
Terrisque incubuit monens
Iracunda Patrem ponere fulmina;
Unde nil maius generatur ipso,
Nec riget quicquam simile aut secundum;
Gentis humanae pater atque custos
Numine regnat.*

*Quo nihil maius meliusve terris
Fata donarere bonique Divi,
Nec dabunt quamvis redeant in aurum
Tempora prisum.*

*Regum timendorum in proprios greges
Reges in ipsos imperium est tuum,
Aequaera Vis Patri supremo
Cuncta supercilie moventi.
Te vocet Divum populus ruentis
Imperi rebus, prece Te fatigent,
Cui dabit partes scelus expiandi
Et Pater et Par,
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, et urbes regnaque tristia
Divosque mortalesque turbas
Imperio regit unus aequo.
Ibericis peruste funibus latus,
Multis ipse bonis flebilis occides....
Incorrupta Fides, nudaque Veritas
Quando ullum invenient parem?
Tu pias laetis animas repones
Sedibus..., curru quatiens Olympum
Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.*

*Te penes arbitrium est, et ius et norma loquendi,
Tuque modos rebus, certos Tu denique fines,
Quos ultra, citraque nequit consistere rectum,
Constitues... Quid si neget haec Iudeus apella?*

*O Puer, tandem venias precamur,
Laetus intersis populo Quirini....
Criminum quamvis patiens vocari
Maximus Ultor.*

*Te nos tuemur, queis Pietas tua
Et Forma cordi est; sic Tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Urbis honorum opulentia cornu.
Hic agas magnos potius triumphos,
Hic ames dici Pater atque Princeps,
Neu sinas Romanum minui te rege,
Te Duce Christo.
Flaccus haec saxis... Ego Dis amicum,
Annus caelo referente luces,
Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horati.*

H. DE VECCHI PIERALICE.

Benedicti Gagneraux tabula venatores leonem nactos effingens.

*VENATORES leonem nacti, quos Benedictus
Gagneraux, pictor insignis, expressit, ve-
stros ut oculos oblectent heic exprimuntur.
Aequus locus est ac desertus, cui tamen rupes
imminent atræ, viridibus vestitæ veribibus.
Heic cubabat in antro leo, quem medium te-
nentem tabulam videtis. Quadruplex equitum
manus eum aggressus est; sed ferarum rex
iam audacissimum iuvenem albo equo oce-
rentem impetu suo deiecit, eiusque latus morsu
impedit. Accurrunt cuspide recta socii: quis
vero dieet an sospitare victimam ab ira bel-
laue poterunt? In deserti limine stans longius
laeena pugnam non sine metu contemplatur,
eiusque exitum maiori forte, quam vos, lectores
candidi, anxietate commota manet.*

ACTA I

Decretum SSmi. pe-
scorum et Re-
quaestionum el-
conficiendi tert-
inem Institutio-
tentium.

In approbandis se-
stitutis votorum sim-
seribi consuevit ut a
ratricibus generalibus
S. Sedem Apostolicam
statu personali, dis-
economico propriae
Huiusmodi enim rel-
quorum domus in v-
dissitisque locis, expli-
eidem S. Sedi; quae i-
tia ea prosequi, et si-
eter videantur, sive
rectionibus mandatis
vantiam revocare pot-

Cum vero perspicu-
utilitatis inesse praedi-
raro factum est, fusi-
ad rem minus facient
plane reticeantur ea,
secre oportet; hinc ad
ac tutius assequendum
est, ut etiam modus e-
tionem omnibus et si-
communi lege praesci-

Itaque haec S. Con-
sultationibus Episcopon-
posita redigendum cur-
num, quibus distinet
quae in relatione utili-
exponenda, eumque, po-
plenario Emorum. Pat-
cum omnibus et singu-
deratricibus generalibus
dum instructionis, cui
teat, communicandum

His autem relatis S-
vina Providentia PP.
ab infrascripto Cardi-
nati gationis Praefecto die
sua rem ultro proba-
ipsam S. Congregationis
moderatoribus et mode-
vota simplicia profiten-
ritate mandari, prout p-
mandatur, ut in tri-
eiusque Instituti ad
elencho hisce litteris
ab eadem Sanctitate
matasque, memores rat-
serunt, redditur ei
mussim respondeant; o-
etiam speciali et indi-
non obstantibus.

Datum Romæ ex Sec-
gregationis die 16 Iuli

D. CARD. FERR

PH

ACTA PONTIFICA

Decretum SSmi. per S. Congregationem Episcoporum et Regularium vulgatum, quo quaestionum elenco ratio prescribitur conficiendi tertio quoque anno relationem Institutorum vota simplicia profitentium.

In approbandis seu commendandis novis Institutis votorum simplicium iampridem praescribi consuevit ut a moderatoribus seu moderatricibus generalibus tertio quoque anno ad S. Sedem Apostolicam transmittatur relatio de statu personali, disciplinari, materiali et oeconomico propriae cuiusque congregationis. Huiusmodi enim relatione singula Instituta, quorum domus in variis exstant dioecesis dissitisque locis, explorata perspectaque fiunt eidem S. Sedi; quae idcirco continua providentia ea prosequi, et si quando a legibus defletere videantur, sive cohortationibus sive correctionibus mandatisque ad pristinam observantiam revocare potest.

Cum vero perspicuum sit parum vel nihil utilitatis inesse praedictae relationi si, ut non raro factum est, fusius expositis quibusdam ad rem minus facientibus, vix innuantur aut plane reticeantur ea, quae potissimum cognoscere oportet; hinc ad optatum finem facilius ac tutius assequendum peropportunum visum est, ut etiam modus et ratio conficiendi relationem omnibus et singulis, ad quos spectat, communis lege prescribatur.

Itaque haec S. Congregatio negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praesposta redigendum curavit elenchem quaestionum, quibus distinetur ea omnia, quae in relatione utiliter seu necessario sunt exponenda, eumque, post maturum examen, in plenario Emorum. Patrum coetu approbatum, cum omnibus et singulis moderatoribus et moderatricibus generalibus Institutorum, per modum *instructionis*, cui sese conformare oporteat, communicandum esse censuit.

His autem relatis SSmo Dño Nostro Pio Divina Providentia PP. X in audiencia habita ab infrascripto Cardinali eiusdem S. Congregationis Praefecto die 17 Iunii 1906, Sanitas sua rem ultro probavit, iussitque per hanc ipsam S. Congregationem omnibus et singulis moderatoribus et moderatricibus Institutorum vota simplicia profitentium Apostolica Auctoritate mandari, prout praesentis decreti tenore mandatur, ut in triennali relatione proprii eiusque Instituti ad singulas quaestiones in elenco hisce litteris adiuncto conscriptas et ab eadem Sanctitate Sua approbatas confirmatasque, memores rationis quam Deo, cordium scrutatori, reddituri erunt, fideliter atque examissim respondeant; contrariis quibuscumque etiam speciali et individua mentione dignis non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria praefatae S. Congregationis die 16 Iulii 1906.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

PH. GIUSTINI, *Secretarius.*

INSTRUCTIO

seu *Elenchus quaestionum ad quas respondendum est a moderatoribus seu moderatricibus generalibus Institutorum vota simplicia profitentium in Relatione ad S. Sedem tertio quoque anno transmittenda.*

PRAEMITTENDA.

1. Doceatur quae decreta approbationis seu commendationis et quando a S. Sede obtinuerit.
2. Quinam sit finis sive scopus peculiaris Instituti.
3. Num titulus Instituti ab initio assumptus aut scopus vel habitus sodalium aliquatenus postmodum immutati fuerint et quoniam auctoritate.

b) *De Novitiis.*

13. Quot sint domus Novitiatus et num unaquaeque auctoritate S. Sedis instituta sit.
14. Quot novitii post ultimam relationem habitum Instituti suscepint.
15. Quot nunc in Novitiatu degant.
16. Num Novitii a Professis rite separati existant.
17. Num omnes habeant integrum exemplar Constitutionum.
18. Num omnes ante professionem per annum integrum et continuum in domo Novitiatus sub cura magistri degerint.
19. Num, quantum, et qua auctoritate tempus No-



Benedicti Gagneraux tabula venatores leonem nactos effingens.
(Photographice expresserunt Fr. ALINARI, Florentiae).

4. * Quot sodales ab initio usque in praesens, aut saltem ultimo vicennio, habitum Instituti induerint.

5. * Quot sodales a fundatione Instituti usque in praesens, aut saltem ultimo vicennio, et quomodo ab eo recesserint, sive tempore novitiatus, sive post emissâ vota temporanea, sive post emissâ vota perpetua. Num et quot fuerint fugiti.

6. Quandonam ultima relatio ad S. Sedem missa fuerit.

I. DE PERSONIS.

a) *De admissis.*

7. Quot novi sodales ab ultima relatione admissi fuerint.

8. Num omnes praescripta testimonia exhibuerint.

9. Num speciali aliquo modo seu industria ad nomen Instituto dandum quis electus fuerit; et praesertim num ephemeridum ope moderatores hunc in finem usi sint.

10. (*In Institutis religiosorum.*) Num litterae testimoniales per Decretum *Romani Pontifices* praescriptae in singulis casibus expeditiae fuerint.

11. Quoties et super quibus impedimentis seu defectibus dispensatio necessaria fuerit et a quoniam superiore ecclesiastico concessa.

12. In quoniam domo et quanto tempore Postulantes candidati commorati fuerint.

* Ad interrogationes aut interrogacionum partes asterisco notatas non nisi in prima, post promulgatam, hanc instructionem, relatione respondendum erit.

vitiatus ultra terminum in constitutionibus praefinitum prorogatum vel immunitum fuerit.

20. Utrum Novitii primo novitiatus anno vacaverint tantummodo exercitiis pietatis, an aliis etiam et quibus operibus addicti fuerint.

21. Num durante secundo anno Novitiatus (ubi peragitur) novitii in alias domus missi fuerint.

22. (*In Institutis Sororum.*) Num ante admissionem ad habitum et ad primam professionem Episcopus vel eius delegatus examen praescriptum instituerit.

c) *De Professis.*

23. Quot nunc sint in Instituto sodales a) votorum temporaneorum b) votorum perpetuorum.

24. Num vota temporanea semper tempore debito fuerint renovata.

25. Num sodales tempore debito ad vota perpetua admissi fuerint post elapsum tempus votorum temporaneorum.

26. Quot sodales sive profesi sive novitii post ultimam relationem obierint.

d) *De egressis et dimissis.*

27. Quot post ultimam relationem ab Instituto recesserint a) ex novitiis, b) ex professis temporaneis, c) ex professis perpetuis.

28. Num in dimittendis sodalibus semper observatae fuerint normae in Constitutionibus praescriptae.

29. Num semper et a quo superiore ecclesiastico, in easibus dimissionis, obtenta fuerit dispensatio super votis emissis.

30. (*In Institutis Sororum*). Num in casibus dimissionis professarum in perpetuum accesserit confirmatio apostolica.

31. (*In Institutis virorum*). Num in dimittendis sodalibus semper et in omnibus observatum fuerit Decretum «*Auctis admodum*»; et nominatim num in casu profissi perpetui, vel profissi votorum temporaneorum quidem, sed constituti in Ordine sacro, Moderatores Instituti:

- a) praemiserint trinam monitionem,
- b) admiserint, concessu congruo tempore, legitimam rei defensionem, eiusque rationem debitam habuerint;
- c) an, quoties et qua facultate processerint summario modo.

32. (*In Institutis Sororum*). Num egressis quamque de causa dos, quomodolibet constituta, integre tradita fuerit, una cum supelletili quam ad Institutum attulerant, in eo statu in quo tempore egressus reperiebatur.

33. Num iis quae propriis bonis destitutae erant, in casu egressus ex Instituto, necessaria suppeditata fuerint, quibus tuto et decenter in propria familiam reverti potuerint.

II. DE REBUS.

a) De domibus.

34. Quot domos Institutum habeat, et in quibusnam dioecesis: an et quot habeat provincias.

35. An et quot novae domus post ultimam relationem apertae fuerint: et an in omnibus intercesserit legitima auctoritas et servata fuerit ratio in constitutionibus praescripta.

36. Quot sodales diversarum classium in singulis domibus commorentur, et (si diversa opera ab Instituto exerceantur) quibusnam operibus addicti sint.

37. Num post ultimam relationem domus aliqua suppressa fuerit et eiusnam auctoritate.

38. Utrum singuli sodales proprias cellas habeant, an saltem in communi dormitorio suum quisque euibile convenienter ab omnibus aliis separatum.

39. Num infirmis eurandis separatus locus undeque aptus addictus sit.

40. Num pro recipiendis hospitibus adsint in domo cubicula sufficienter, ut decet, a communitate religiosa separata.

41. (*In Institutis Sororum*). Num habitatio Capellani sive confessarii ingressum separatum, et nullum cum Sororum habitatione communicationem habeat.

b) De bonis.

42. Quinam fuerint ab ultima relatione anni redditus et expensae a) tum Institutum in communi, b) tum uniuscuiusque domus.

43. Num ab ultima relatione sive Institutum in communi, sive certae domus in particulari nova bona mobilia vel immobilia et eius valoris obtinuerint.

44. Num pecuniam semper utili foenore et honesto ae tuto collocauerint.

45. Utrum et quam iacturam bonorum suorum, post ultimam relationem, fecerint, vel damna subierint, et qua de causa.

46. Num et quae bona sive immobilia sive mobilia pretiosa ab alienaverint, et qua facultate.

47. Num illorum bonorum, quae *capitalia* vocantur, partem aliquam consumpsserit.

48. Num area communis vel domus aliqua particularis aere alieno gravetur, et quanto.

49. Num ab ultima relatione nova debita contraxerint; quaenam et qua auctoritate.

50. Num unaquaque domus procuratorem sive oeconomicum, distinctum a Superiore domus et ab oeconomo generali, habeat.

51. Num Procuratores, sive generalis sive locales, rationem suarum administrationum praescriptis tem-

poribus reddiderint; et an huiusmodi rationes modo praescripto examinatae et approbatae fuerint.

52. Num lites de bonis habeant.

53. Num in omnibus domibus adsit arca tribus clavibus clausa; et an serventur leges ad rem latae.

54. Num et quo pacto pecuniam sive res pretiosas, a saecularibus depositis, custodiendas acceptaverint.

55. (*In Institutis Sororum*). Utrum dotes Sororum iuxta leges canonicas in tuto ac fructifero investimento collocatae fuerint; an et quae earum pars, quo modo et cuius permissu in expensas faciendas insumpta fuerit.

56. Num et quena legata pia seu fundationes in Instituto, sive pro missis celebrandis, sive pro operibus caritatis exercendis, existant.

57. Num huiusmodi onera fideliter adimpleta fuerint.

58. Num pecunia, qua huiusmodi fundationes factae fuerunt, rite collocata et seorsim ab aliis quibuslibet administrata fuerit.

59. Num Episcopo iuxta Constitutionem «*Conditae*» de huiusmodi fundationibus ratio reddita fuerit.

60. Quantum superfluae pecuniae in fine eiuslibet anni a singulis domibus in aream communem collatum fuerit.

61. Utrum sponte an invite huiusmodi pecuniae collatio ab omnibus facta fuerit.

62. An superiorissa vel oeconomia habeat pecunias, de quibus libere, etsi pro bono Instituto, disponat, quin ullam rationem reddat.

(Ad proximum numerum).

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS

SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Concilii Tridentinis decretis interpretandis:

Post latum decretum de quotidiana SS. Eucharistiae sumptione (1) S. Congregationi propositum fuit dubium an quotidiana ipsa Eucharistiae sumptio in catholicis ephebeis suaderet etiam pueris qui

buscumque post suseptam primam Communionem. S. Concilii Congregatio d. xv mens. Septembris M DCCCC VI respondendum censuit: «*Sacrae communonis frequentiam commendari iuxta articulum primum decreti etiam pueris, qui ad sacram mensam iuxta normas in Catechismo Romano cap. 4, n. 63 semel admissi ab eius frequenti participatione prohiberi non debent, sed potius eos ad id hortari; reprobata praxi contraria alieni vigente.*»

Ex Congregatione S. Officii:

In omnibus et singulis Italiae regionibus, dioecesis quoque Melitensi et Gandisiensi comprehensis, quae dispositionibus hac in re pro Italia latis uti solent, *ieiunium, seu lex unicae per diem refectionis servandum* erit:

Toto tempore Quadragesimae, Dominicis tantum diebus exceptis;

Feriis sextis et sabbatis Adventus;

Feriis quartis, sextis et sabbatis Quatuor anni Temporum;

Vigiliis: Pentecostes, SS. Apostolorum Petri et Pauli, B. M. V. in caelum Assumptae, Omnium Sanctorum et Nativitatis D. N. I. C.

Quibus vero diebus ieiunium praecipitur, vetatur insimil semper et absolute in Quadragesima, ne diebus

quidem Dominicis exceptis, carnium pisciumque in

eadem comeditione permixtio.

— Praeter ieiunium, in cunctis (ut supra) Italiae

regionibus servanda etiam erit *lex abstinentiae a car-*

nibus ab iisque omnibus quae ex carne trahunt originem, lacte scilicet, butyro, caseo, ovis et ex quocunque animali adipe condimentis:

Feria sexta Quatuor Temporum in Quadragesima;

Feria sexta in Parasceve;

Vigiliis Assumptionis B. M. V., et Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi.

— Prima vero die quadragesimali ieiunii;

Feriis sextis et sabbatis Quadragesimae;

Feriis sextis et sabbatis Adventus;

Feriis quartis, sextis et sabbatis Quatuor Temporum;

Vigiliis: S. Iosephi Sponsi B. M. V., Annunciationis eiusdem B. M. V., ubi haec festa sub praeepto recoluntur et, ad vigiliam Annunciationis quod spectat, dummodo ea inter Quadragesimam incidat; Pentecostes; SS. Apostolorum Petri et Pauli et Omnium Sanctorum abstinentia a carnibus tantum et a iure a carnibus quomodocumque expresso servanda erit: ita ut liceat pro lubitu in principali refectione tum in refectiuncula uti ex quovis adipe, butyro, margarina (quam vocant) et similibus condimentis.

— Haec eadem abstinentia a carnibus tantum et a iure carnis servanda pariter erit omnibus et singulis aliis sextis per annum feris, absque tamen obligatione ieiunii, et, consequenter, nulla refectionum facta distinctione quoad ororum, lacticinorum et con-

dimentorum liberum usum.

— Quies autem in aliquem ex supradictis diebus ieiunio aut abstinentiae aut utrique consecratis, inciderit vel festum aliquod ex solemnioribus in Ecclesia, vel festum Titularis aut Patroni principalis alicuius loci vel dioecesis, vel extraordinaria aliqua religiosa solemnitas (uti centenaria, piae peregrinationes et similia), vel publicae annuale nundinae quae in usitato populi concurso celebrantur, conceditur locorum Ordinariorum, excepto tempore Quadragesimae et Adventus, ut tum ieiunium tum abstinentiam vel pro tota dioecesi, vel, iuxta diversos casus, pro determinatis aliquibus locis in alium liberum diem sibi benevolum anticipare aut etiam, gravissimis tamen ex causis, super iis dispensare valeant.

— Ieiunia et abstinentias in aliquibus locis ex peculiari voto servandas hoc decretum non respicit. Quod autem attinet ad Regulares utriusque sexus Familias speciali abstinentiae aut ieiunii voto non adstrictas, eas eadem ac simplices fideles lege uti posse decernitur.

— Praesenti decreto revocantur, abrogantur ac penitus abolentur quaevis in contrarium localia indulgentiae, concessions, privilegia, consuetudines etiam immemorables, ne *Bulla quidem Crucifera* (ubi et quavis sub forma nunc in Italia viget) excepta. Ve-

hementer vero fideles sibi subditos hortentur Ordinarii, ut Apostolicam indulgentiam alii bonis operibus compensare studeant. (Ex deer. d. vii mens. Septembr. M DCCCC VI).

Ex Congregatione Sacrorum Rituum, Indulgentiarum et Sacrarum Reliquiarum:

— Privilegio celebrandi Missam votivam de Immaculata Conceptione B. M. V. gaudent omnes Religiosae Congregationes, quae legitime kalendario Minorum Capuccinorum utentes, Officium parvum B. M. V. recitant. (Ex deer. d. xxv. mens. Maii M DCCCC VI).

— In Sanctorum Processionibus laici sive adul-

sive pueri sine sacco, aliquo tamen catholico signo exornatis, et intortie manu ferentibus possunt pro-

cedere vel ante sodales confraternitatum sacco induitos vel post sacras immagines. Id intelligendum quoque est de Processionibus Poenitentialibus, quando nempe clerici cum populo adeunt Dei templum ad implorandam divinam misericordiam. (Ex deer. d. xii mens. Augusti M DCCCC VI).

DIARIUM

(Die xxii mens. Oct. —)

Coram SS.

Praeter Purpurato

aliasque viros, qui sui

tificem de more adive

iuxta admissionis die

rerum ad exteros adm

uxor, coram adducta

Borussorum adminis

nus peregrinorum ex A

exclusus vir Augustinus

et Abbas Generalis

r. p. Dionysius Sch

nister generalis; Iaco

nonnullas machinas ad

ciniis Londinensis fab

nus peregrinorum ex A

episcopus Bergomensis

Hispanorum legatus a

uxore et liberis; exclusus

sorum administer apud

istiusus nepte ex ho

tronis; exclusus vir Iul

eyren, Nuntius Apostoli

Carolus Monrey ex X

iudicandis; Hildebrand

mus Ord. S. Benedicti

Abbas; Paulus Kehr,

historico instituto in U

ferens volumen I novi

ficum Romanorum»;

Praepositus Generalis

r. p. Amedeus De Bie,

ciensium communis obse

Temerin, legatus extra

Austrorum Hungarorum

r. p. Norbertus Weber e

situs generalis Congre

missionibus ad exteros.

Pontificis

Inter Antistites Domu

Saporito, Iosephus Tra

visin. et Angelus Maria

accessor et S. Fidei Su

rios Apostolicos autem

cobus Sinibaldi, rector

— Exclusus vir Anton

Antinoen., iam in Argen

Prior XII vir. Urbi em

— Reclusus vir Caro

inter indicies S. Congr

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxi mens. Oct. - d. xx mens. Nov. M D C C C C VI).

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites aliosque viros, qui sui cuiusque munera gratia Pontifice de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Von Tschirschky dynasta, rerum ad exterius minister apud Germanos, eiusque uxor, coram adducta a Wolfram De Rotenhan dynasta, Borussorum ministro apud Apostolicam Sedem; manus peregrinorum ex Anglia, praeside Carolo Mimick; exercitus vir Augustinus Marre, episcopus Constantien, et Abbas Generalis Cisterciensium reformatorum; r̄m p. Dionysius Schuler, Ord. Frat. Min. Administrator generalis; Iacobus I. Hicks eques torquatus nonnullas machinas ad astrorum studium in suis officinis Londinensis fabricatas Pontifici offerens; manus peregrinorum ex «Terra sancta» reducunt, quibus praererat exercitus vir Iacobus Radini Tedeschi, episcopus Bergomensis; exercitus vir Aemilius Ojeda, Hispanorum legatus apud Apostolicam Sedem cum uxore et liberis; exercitus vir Sergius Sazonoff, Russorum minister apud Apostolicam Sedem cum uxore istiusque nepte ex honorariis aulae Russicae matronis; exercitus vir Julius Toni, archiepiscopus Anzyren, Nuntius Apostolicus apud Lusitanos; r̄m vir Carolus Monrey ex XII viris Sacr. Concilii litibus iudicandis; Hildebrandus de Hemptinne, Abbas primus Ord. S. Benedicti; Bonifacius M. Krug, Casini Abbas; Paulus Kehr, eques torquatus, Borussorum historico instituto in Urbe praepositus, Pontifici offerens volumen I novi sui operis: «Regesta Pontificum Romanorum»; r. p. Rinaldus M. a S. Iusto, Praepositus Generalis Carmelitarum excalceatorum; r. p. Amedeus De Bie, Abbas generalis Ord. Cisterciensium communis observantiae; Nicolaus Szécsen de Temerin, legatus extraordinarius cum omni potestate Austrorum Hungarorumque apud Apostolicam Sedem; r. p. Norbertus Weber ex Ord. S. Benedicti, Praepositus generalis Congregationis S. Ottiae pro saec. missionibus ad exterios.

Pontificiae electiones.

Inter Antistites Domus Pont. alleguntur Richardus Saporito, Iosephus Trabuchelli, rector Semin. Tarvisin. et Angelus Mariani, Sacr. Rit. Congregationis accessor et S. Fidei Subpromotor; inter Protonotarios Apostolicos autem ad instar participantium Iacobus Sinibaldi, rector Lusitani collegii de Urbe.

— Exercitus vir Antonius Sabatucci archiepiscopus Antinoen., iam in Argentina rep. legatus Apostolicus, Prior XII vir. Urbi curandae constituitur.

— Revmus vir Carolus Daniel, antistes Urbanus, inter indicies S. Congregationis Indulgentiarum et Sacr. Reliquiarum adsciscitur.

— Exercitus vir Philippus Camassei, archiepiscopus Naxien, Latinorum Patriarcha Hierosolymae creatur.

— Exercitus vir Alexander Bologna, archiepiscopus Pharsalen, Apostolicus legatus pro civitatibus Equatoriana, Peruviana et Boliviensi, Nuntius Apostolicus in Brasiliam mittitur.

— Eyssantier abbas, rector Seminarii Pontini Galli, episcopus Rupellen. et Santonen.; Antonius Karas, rector Seminarii Zytomeriensis episcopus Dorylen. et auxiliaris episcopi Luceorien. et Zytomerien.; et Lanyi antistes, episcopus Timaden. renunciantur.

Vita functi viri clariores.

Aeclae, in patria domo, exercitus vir Iosephus M. Constantini, archiepiscopus Patraten, ex intimis Cubiculariis Summi Pontificis, ex Episcopis Pontificio Solio adstantibus, Index Urbanis presbyteris probandis et Sacrarum Largitionum praefectus, an. n. LXXII.

ANNALES.

Georgii, Graecorum regis, iter in Italiam.

Georgius, Graecorum rex, ad Italos venit fauste, feliciter. Excipiunt eum Itali, atque praeclaris feriis celebrant regium adventum unanimes. Vetus enim quod Graeciam inter ac Romam floruit antiquitate veneranda connubium regali foedere hodie videmus renovatum. Numquam enim latini populi italorumque animo cecidit quantum humanitatis sua libralium artium litterarumque pondus Graeco e fonte manaverint.

Quamobrem quum novissima aetate Turcarum e servitute acerrima sese Graeci vindicarunt haud pauci profecto Itali fuere, eius qui per campos sanguinem fuderint. — Antiquae igitur amicitiae gaudium hodie multiplicatur, passimque per Urbis vias Graecorum fortunae insonat clamor: «Io triumphhe».

Mauritanorum civile bellum.

Bellici interea pervenient per auras clangores. Nam Mauritanus ille pyrata, qui et prophetae mentitur personam et suae patriae iamdiu perturbavit armis litora, ad vexilla iterum congregavit suos, Cabylaque oras vastavit. Fiunt haec, ut alias notavimus, quum propemodum coetus ille legatorum omni ex Europae gente Algecirana ex urbe vix discessit, cuius immo pactiones reliquae communicae invicem eis sunt adhuc atque praefiniendae. Itaque et apud Gallos et apud Iberos commoti sunt animi, popularium maxime, quibus Algecirani coetus voluntas armis vindicanda fuit tradita. Iamque audimus in Iberia parari et naves et milites, quae in Mauritanos descendant; nec tamen sine admiratione est quod accepimus Americanam quoque classim huius ad imperii oras fore ut contendat.

Polonorum querelae.

In Polonorum regionibus quae Germaniae ditioni subiiciuntur, ob nativi sermonis studium incenduntur hisce diebus animi plebis. Nam, ut iamdiu Germanici magistratus contenderunt Germanicam linguam per Polonorum fines sibi traditos esse diffundendam, ita hodie iusserunt in catholica catechesi docenda hac tantum utendum esse. Id vero decretum quum passim Poloni cives aegre ferant, pueros excitaverunt ne obedientiam magistris praestarent. Vehemens igitur inde ira, hinc odium atque inimicitia flagrat: nihil enim reliquum quod gentilicium magis originem testetur quam patria lingua est.

Iaponiorum iura in Americis vindicanda.

Apud Americanam S. Francisci rempublicam non dissimilis fervet inter varias gentes discordia, cuius Iaponii cives causam praebuere. Quum enim frequentissimi ex uberrimis tum Iaponiae insulis tum Sinarum oris in oppositum Americae litus coloni descendant, ingens iam ibi congregata est flavae huiusmodi gentis multi-

tudo. Verumtamen quia uterque populus communis, qua fruimur, humanitatis expers adhuc iudicabatur, eorum pueri a civilibus ludis abesse iubebantur. At hoc plane exsilium ingratum Iaponis apparebat, nec facile tolerandum. Illi enim orientis solis cives, qui Russicum imperium armorum virtute recens superarunt, abscondi sese ab humanitatis universae litterario commercio hand facile patiuntur. Quapropter foventur magis in dies odia, atque Americae et Pacifici Oceani quieti haud grata ferme omina parant.

Gallica praevaricatio.

Gallicae reipublicae administrati, quibus Clemenceau praest, properante iam die quae ad cultualia sodalitia cogenda fuerat indicta, quibus templo eorumque bona possidenda tradentur, horum bonorum recensionem resumpsere. Obstantibus vero fidelibus atque parochis protestantibus, utendum ubique armato milite fuit, cuius tantum opera templorum ostia violata sunt.

Russicae res.

De Russicis negotiis nova scribere iam non est. Qua enim late patet imperium nihil fieri audimus, nisi civiles aliquot pugnas, incendia, rapinas, neces. Pugnant enim factiones, pugnant disiecti in varias partes milites, pugnant variae quae imperio uno reguntur gentes. In hac insuper perturbatione latronum turmae crescent in dies, et numero et audacia invalescent, ita ut quotidiani imperii nuncii nihil aliud nisi crimina afferant. Interea de eligendis iterum ad comitia legumlatorum novis legatis quaestio late agitur, quae quo sit evasura non facile dixeris.

PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS.

In Anglia, quum novus Londinensis urbis Syndicus curiales aedes uti solet quotannis, solemni ritu ingredetur, de externis negotiis orationem habuit gravissimam Riponius, regni cancellarius, qui pariter de pace tuenda cum omnibus gentibus consilia regni apernit et optimas testatus est rerum conditiones Anglo populo ubique paratas.

In Bulgaria Petkowio, qui una cum sociis gerendae reipublicae onus abdicaverat, mandatum a Rege confirmatum est, ut iterum cum novo collegio ad supremum regimen redeat.

In Gallia, quum Clemenceau novum administrorum collegium composisset, inter socios Viviani illum e socialistarum factione arcensivit, cui nova est adscripta rerum provincia, laborum operumque, opificiumque tutela. Picquart autem, tribunus militum, est militari dignitate auctus. — Mota insuper pugna est in commitiis de Ecclesiae iuribus non conculeandis nova illa lege, quae iam lata fuit et approbata. — Verumtamen pergunt magistratus ubique ecclesiae bona lustrare, dumque dies indicta properat

ad sodalitia cultus cogenda, perficiendam servandamque legem lato suffragio deeretur in comitiis fuit.

In Germania singulari nota digna fuit oratio a Bulowio, Imperii cancellario, fuse habita de publicis Germaniae commerciis eum externis gentibus, deque fortuna Germaniae vindicanda. Paulo post Germanicus Caesar Monachium Bavarios inter cives quum descendisset regem salutaturus, exceptus ubique est. Ingenti populum laetitia de Germanorum fatis coneordi animo propugnandis disertissime, ut solet, loquuntur est.

In Iberia de mauritanis seditionibus disseptatum est non sine metu. Nam quae haec tenus laboribus multis atque unanimi consensu Algeriano in coetu servata est amicitia gentium et pax, bellicis contra rumoribus facile videtur pessimum. Quare qui externa negotia gerit dicere ad legatos populi non omisit, quae et quanta nova discrimina essent, at simul spopondit Europaeam quietem turbari huiuscmodi nuncius non oportere.

In Nigro Monte Nicolai principis fusa oratione comitia legatorum popularium primum inita.

In Rumenia qui religiosis negotiis praeverat, Viadescu, quum suum liquerit munus, Dissescu haeredem habuit.

PER ORBEM.

Die XXII mens. Octobr. MDCCLVI Kansas in urbe Civitatum Foederatarum Americae Septentr., in eiusque finibus, atra procella, maxima quidem quam incolae meminerint, saepe fuit.

— d. XXVI eadem in urbe Commerceiorum domus igni vastatur, horrendam mortem viginti hominibus, pluribusque vulnera adducens.

Concordia, Argentinae reipublicae civitas, aëris motu pessimum.

— d. XXVII Rokoczi II, Tokoly aliorumque Hungarorum herorum cineres, Constantinopoli duo iam saecula quiescentes, sollemni ritu in patriam reducuntur.

— d. XXIX Pleasantville ad Americanam nordicam urbem currum series electride actorum pontem pertransiens super aestuariu quod Atlantidis urbem a terra dividit, quum e limitibus excessisset, in mare praecepit magna eum viatorum clade.

— d. XXXI Constantiae templum graecum splendore insigne flammis, — incuria an dolo exitatae incertum, — in ruinas adducitur.

Die I mens. Novembris Vindobonae supremum obit diem Otho, ex magnis Dueibus Austrorum, Francisci Josephi imperatoris nepos ex fratre Carolo Aloisio, Gratz in urbe natus d. XXI mens. Aprilis an. MDCCCLXV.

— d. VI Portsmouth, ex portu Anglieo, nautarum rebellio nunciatur, quae tamen brevi opprimitur.

— d. XII aërostatus cui nomen «Mediolanum», ex Mediolanensi omnium artium exhibitione profectus, Alpium iuga ad «Montem

Album» transgreditur et in Galliam feliciter descendit.

Ex Russie provineia Chelm incolae plurimi ad quinquaginta millium hominum numerum ex Uniatum secta ad Catholiceam religionem transisse nunciantur.

— d. XIII ad Paradisi vallem in civitatibus foederatis Americae septentrion. vaporitraha currus trahens demigratorum plenos in aliam ocurrerit. Incendium ex collisione fit, unde viatores quinquaginta misere comburuntur.

— d. XVI Neapoli in navalibus ignis immensa damna procurat.

— d. XVIII Romae, in basilica S. Petri, capsula ignitam pulvrem continens sacrilega manu incenditur, nulla tamen sive hominum sive rerum iactura.

— d. XX Barcinone manus factiosorum eventus rebus studentium hie illie tumultus exigit, quos vi milites comprimere coguntur.

LIBRORUM RECENSIO.

DOTT. UGO FANCELLI. — Le imprese militari di M. Tullio Cicerone durante il suo proconsolato in Cilicia. — Senis, ex officina Nova, MDCCCCVI.

Quaeri solet ab iis, qui in exponenda historia litterarum latinarum de vita Ciceronis agunt, inseruitne princeps hic oratorum eloquentiae palmis victorie lauros militiae. Negarunt plerique, in iisque mira intemperantia usi sunt Momsenius atque Drumannius.

Quaestionem hanc non summatim aut leviter tractat Hugo Fancellius, qui, subtiliore investigatione instituta super Tullii proconsulatu in Cilicia, eius acta imperatoris perseguuntur singula.

Tribus partibus constat opus, quarum prima profectionem ab Urbe describit hominis pacifici bellum illaturn barbaris, qui romanorum ingentes fuderant copias; altera, ab eiusdem adventu Ephesum, ad conflatum in Cilicia atque in Syria bellum producit; tertia ab hoc usque ad parthicam fugam et redditum Ciceronis in Italiam. Materiam antem extremae huius parti suppeditant Tarsense iter proconsulis, parthorum excursiones eis Euphraten, Amant montis occupatio, pulsi Antiochia parthi ac reliquae tulliani proconsulatus vices a morte Orsacis ad confeatum parthicum bellum et ad ipsius proconsulis de provincia decessionem.

Ex iis quae argute disserit Fancellius, nisus maxime Ciceronis epistulis, productisque testimonis quum veterum tum recentiorum complurium, exsurgit proconsul natura rei militaris parum periti, saepe ridiculi, qualis miles gloriosus, plerunque ambitionis, timidi semper. Compensari tamen haec auctor affirmat indubia dupli laude, altera perspicacis hominis ac versati in publicis agendis negotiis, qualem se ostendit in quaestione de rege Ariobarzane, quam quinque dierum spatio, nullo effuso eruore omnique impedito tumultu diremit; altera fidelis administratrix, qui et provincialium rationibus egregie prouiderit et incorruptum se indicem praeberuit.

Multam rerum ac locorum ad rem pertinentium cognitionem, ingeniumque auctoris ad id genus investigationes optime comparatum prodit parvae molis liber, quem legi dignissimum censemus, non tam ab iis, quos inaudita opinionum commenta delectant, quam a prudentioribus, qui historiae paginam plenius illustratam, romanumque oratorem veriore in luce collocatum desiderant.

PETRUS ANGELINI.

AENIGMATA

I.

In pratis errat totum; caput aufer, in aula.

II.

Omnibus ingratum est totum, quod divide compar,
Ut ridentis ames ruris amoena iubet.

F. X. B.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

IOANNIS BATTANII

ANTHOLOGIA PARVA GRAECO-LATINA (VII).

Aenigmata an. IX, n. IX proposita his respondent:

I (vulgo Rebus): **O** superbe ne superbias; terra es.

II: Vis - Avis.

Ea rite soluta miserunt:

Petrus Tergestinus. — Lad. Lud. Podobinski, Bochnia. — Mich. Müller, Berolino. — Guil. Schenz, Ratisbona. — F. Arnori, Mediolano. — Ant. Andr. Tafani, Florentia. — F. Guerra, Atetio. — Senior Astensis. — I. Walter, Neo-Eboraco. — Ben. Paladino, Colle Salverti. — Rich. Brondel, Brugis. — A. G. Ondemans, Traiecto ad Rhenum. — I. Ortiz, Moretia. — Fr. Bonaventura, Aterno. — Arn. Rudzianski, Tiflissio Cartatinorum. — Dom. Macrae, Eddertonio. — V. Starace, Neapoli. — Alex. P. Gest, Trentonio. — Rich. Lefebre, Paris. — Am. Robert, Marievilla in Canada.

Sortitus est praemium:

ARN. RUDZIANSKI,

ad quem missa est I. B. FRANCESCA comoedia latinis versibus scripta, cui titulus:

SATURIO.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

Socios et lectores admonere iurat, libros recens editos atque ad nos missos ut in Voce Urbis eorum notitia detur, apud administratorem nostrum, nisi contra aperte declaretur, minime venundari. Si quis igitur alterum eorum sibi cupiat, petat necesse est ab editore, quem semper indicamus.

DOTT. G. B. BELLISSIMA. Consularis secura. Be-neventi edid. off. De Martini, M CM VI.

PROF. ANGELO LUPATTELLI. Les Della Robbia céramistes des XV^e et XVI^e siècles. — Romae edid. off. Forzani et Soc., 1906. (Ven. lib. 1,50).

De prohibitione et censura librorum. Dissertatio canonico-moralis ARTHURI WERMEERSCH e S. I. Lovani in Collegio Maximo S. I. professoris theologiae moralis et iuris canonici. — Editio VI auctior, accuratior et novo ordine disposita. — Romae edid. Desclée. Lefebvre et Soc., 1906. (Ven. lib. 2,50).

MONLAUR M. A. Raggio di luce. (Le rayon). Traduzione sulla 37^a edizione francese di A. Coridori. Seconda edizione. — Ibid. (Ven. lib. 2).

CONTESSA DE RAMBUTEAU. Vita di santa Francesca Romana tradotta da Maria Paolina Kuefstein delle Nobili Oblate di Tor de' Specchi. — Ibid. (Ven. lib. 3).

DE BROGLIE A. Le profezie messianiche con prefazione e note di A. Largent. Volumi due. — Ibid. (Ven. lib. 1,20).

APPELMANS CAN. Necessità filosofica della esistenza di Dio. — Ibid. (Ven. lib. 0,60).

Euphorion, Poemetto Pompeiano di FERDINANDO GREGOROVIUS. Traduzione e note di Marco Gallo. — Salerni ex off. Migliaccio, 1906.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis, Phil. Cuggiani.

ZEN. F
T
S
H
S
H
D
S
URB.
E
V

ZENO, S
SEB. IN
H
Ir
Fe
ZEN.
O
Hi
Hi
LONG. (1) A
ZEN.
O
Hi
Hi
LONG.
ZEN.
Be
Ve
O
In
Ag
Mo
An
Vi
O
Ra
Ha
Bel
Par
Col
Tes
Re
Sta
Ani
LONG.
HARM.
Aug
Aet
Tu

(1) Prodi
(2) Milite
(3) Proce

I.
put aufer, in aula.

I.
um, quod divide compar,
amoena iubet.

F. X. B.

que aenigmatis inter-
mentarii moderatorem
duos, unus, sortitus,
eui titulus:

BATTANII
GRAECO-LATINA (VII).

reposita his respondent:
ne superbias; terra es.
Avis.

Lud. Podobinski, *Bochnia*.
— Guil. Schenz, *Ratisbona*. —
Andr. Tafani, *Florentia*. —
stensis. — I. Walter, *Neo-Ebo-
vetti*. — Rich. Brondel, *Brugis*.
Rhenum. — I. Ortiz, *Morelia*.
e, Eddertonio. — V. Starace,
ntonio. — Rich. Lefebre, *Pa-
tte in Canada*.

ZIANSKI,
ESIA comoedia latinis versibus

TRIO.

DONO ACCEPTI.

ere iuvat, libros recens edi-
t in Voce *Urbis* eorum
nistratorem nostrum, nisi
inime venundari. Si quis
upiat, petat necesse est ab
amus.

Consularis scurra. Be-
rtini, M CM VI.
LL. Les Della Robbia cé-
XVI^e scècles. — Romae
., 1906. (Ven. lib. 1,50).
ibrorum. Dissertatio cano-
VERMEERSCH e S. I. Lo-
o S. I. professoris theolo-
niei. — Editio VI auctior,
disposita. — Romae edid.
., 1906. (Ven. lib. 2,50).
li luce. (*Le rayon*). Tra-
e francese di A. Coridori.
d. (Ven. lib. 2).

Vita di santa France-
Maria Paolina Kuefstein
or de' Spechi. — Ibid.
ie messianiche con pre-
ent. Volumi due. — Ibid.

ta filosofica della esi-
Ven. lib. 0,60).
peiano di FERDINANDO
e note di Marco Galdi.
ceco, 1906.

A CIAMPI, iurisperitus.

acis, Phil. Cuggiani.

ZENO — Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli.

(11)

(Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.)

ACTUS III.

SCENA I.

URBITIUS, ZENO.

ZEN. Excussus animo cessit horrenti pavor;
Tandem revixi. Fraudis amplector viam.
Stet miles ense promptus... Obvalle latus
Hinc inde Proceres... Frater accedat comes.
Sic est profecto. Regna non uno satis
Stant fixa clavo. Ternus imperium obsidet
Hostis, dolosus, opibus excellens, probus.
Delus dolosum, miles opulentum, probum
Simulata virtus cohabet.

URB. Has Caesar diu
Edoctus artes fraena terrarum tenes
Virtute, rebus, Marte, consilio potens.

SCENA II.

ZENO, SEBASTIANUS, LONGINUS, URBITIUS, HARMATIUS,
PROCERES et MILITES.

SEB. Ingressus aulam, Caesar, affatus tuos
Harmatius orat. Arma Longinus parat.
Iras anhelat miles, et stygium scelus
Ferro piandum clamat.

ZEN. O factum bene!
LONG. (1) En promptus aere miles, officio impiger
Animoque certus.

ZEN. Frater, agnosco fidem.
O fida patriae, fida Caesaribus cohors,
Hinc in latebras ferte furtivi gradum. (2)
Hinc excubate...

LONG. Tempus excludit moram...
ZEN. Bene est, sub ictu res iacet. Plagis fera
Venen implicanda. Si dolum casus probet,
O quantum odii, quantus irarum tumor
In belluam se franget! Explebo sitim.
Agnoscet orbis quam sit horrendum nefas
Movisse regum fata. Sed vultu dolor,
Animus promatur ore: succedit fera. (3)
Videone Martis pignus, heroum decus!
O me beatum! Surge meliori caput
Radiatus auro, Phoebe; fer laetum diem.
Harmatius adest, qualis ex omni solet
Belli tumultu maior; Harmatius meae
Pars melior animae, grande Zenonis iubar,
Columen potentis imperii, Augusti salus.
Testor Tonantem, gratus Augusto redis.
Reduci triumphos voveo. Centena inclytus
Stabis columna victor et totidem tibi
Animabit ora, pulcher artificis labor.

LONG. (Quam bene dolosas histrio partes agit!)
HARM. Auguste Princeps, digne qui vastum regas
Aeternus orbem: sceptrum fortunet Polus.
Tu mihi Gradivus: Martiae si quid calet

(1) Prodiens cum militibus.

(2) Milites aliquot in insidiis collocat.

(3) Procedit Harmatius cum Proceribus.

Sub corde flammae, vultus afflavit tuus.
Tibi noster ardet umbo, tibi radios vibrat
Ensis, vibratur hasta, victrices movet
Litius catervas. Te duce, armorum labor
Nusquam fatigat. Qua iubes, horreat licet
Frons torva Martis, ferrea telorum seges,
Et eruo, et ira et mortis indomitae pavor,
Animos ibo; postque bellantum horridos
Undique tumultus, praelia, tubarum sonos,
Ubi fulsit oris dulce Caesarei iubar,
Componit animos, reficit exhaustum quies.

LONG. Animose Ulyxes!

ZEN. Quis parem tantis vicem
Meritis refundat?

HARM. Maior optatis foret
Merce, verendam Caesaris dextram semel
Tetigisse labris.

ZEN. Quid levem affectas manum
Magnanime ductor? Iunge complexus redux
Adstringe pectus pectori (1).

URB. (O vulpis dolum!)

ZEN. Arma, arma, miles, Harmatium rape! (2)
Stringite rebellem gladio milii intentans necem...
O perduellis!

HARM. Testor, insontem premis...

ZEN. Iudicate scontem!

LONG. Struxit Augusto nefas
Harmatius.

HARM. Insontis...

LONG. Sceleris horrendi reus.

HARM. Abiuro crimen.

LONG. Testis evineo scelus...

HARM. Numen supremum! Ah! cerno fraternos dolos.
Fratres cruent! Sanguinem innocui ducis
Quaeritis. Hiantes pando venarum fores.
Evellite animam. Lucis exiguae moram
Proculeat indignatus Harmatii sinus.

Nil extimesco. Quae tamen merita prius,
Ingrate Zeno, pendis hac lethi vice?
Pro te periclis obvium horrendis caput
Tuli, minaces inter armorum sonos,
Interque strages Marte sanguineo undique
Aciem ruente; levia memoravi nimis.
Hie te lacerti, sanguis hic venis calens
Totiesque fusus, pectus hoc mille obsitum
Hinc inde plagis, mentis haec purae fides
Throno repulsura, perditum, extorrem lare,
Humis iacentem rursus in solio stitit,
Alteque vectum, sortis antiquae gradu
Ultro locavit. Mole meritorum obrutus,
Quas ferre grates, Caesar, Harmatio nequis,
Dolo rependis. Executis natum throno,
Absente patre; moxque Persephone satam
Furiam, dolenti, quae patri subdat facem,
Submittis. O styge dignus aeterna dolus!
Crimen lacessis fraude, quod plectas nece.
Age, bibe amici sanguinem, exsatura sitim!

(Ad proximum numerum).

(1) Alter alterum complectitur. Zeno vero simulans se ab Har-
matio pugione petum ab eius complexu dissolvetur clamans.

(2) Milites ex insidiis accurrunt.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCVII.

Pretium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80;
ubique extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5;
March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mitten-
dum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM

COMMENTARII "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM

ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA:

Ex subnotatoribus quisque KALENDARIO a *Voce Urbis*
expresse edito fruetur.

Qui socios novos comparaverit duos pretiumque eorum
subnotationis mi-
serit, subnotationem gratis omnino sibi habebit.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Iulium
mensem - bi-
bliopolis exceptis - dimidiatum pretium itineris habebit a quovis Europae
loco ubi vivat Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti
vocant, ferriveharum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit uti supra,
eodem iti-
nere gratis omnino fruetur.